

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula XIV. De Varicibus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684

16. Caveatur, ne *anevryisma* vel *varix* pro abscessu habeantur, & cum vitæ periculo aperiantur.
 17. Conferatur D. D. *Lyfthenii dissertatio inauguralis de anevrysmate.*

TABULA XIV.

DE

VARICIBUS.

I. DEFINITIO.

Varices sunt extumescentiæ saccatæ vasorum *venosorum* circa valvulas seu divaricationes eorundem, vel etiam circa integrum quendam illorum tractum.

II. DIFFERENTIA.

1. Varices dependent

- 1) Modo a causa *activa*, nempe a pura congestione sanguinis, & hi cum hæmorrhoidibus, præcipue externis, & cum motibus spasticis partium inferiorum collidunt.
- 2) Modo a causa *passiva*, quales ab impedito sanguinis refluxu intra valvulas venarum originem sumunt. Hujus census sunt *varices gravidarum*, non quidem omnes, sed qui a pondere uteri, venas iliacas prementis, dependent, & recursum sanguinis in venam cavam impediunt. Priores, *varices veros*, posteriores autem *spurios* nonnulli appellant.
2. *Varix spurios* ab *anevrysmate spurio* discernitur præcipue pulsatione & doloribus. Varices enim ordinarie non pulsant, plerumque autem habent dolorem, modo ardentem, modo eximie ad lancinationem usque tendentem. Conf. *Signa.*

III. SIGNA.

1. Varices exhibent primum *nodulos* floridiores, maxime in cruribus, rarius in brachiis, vel instar integrarum ramificationum venosarum, ita inflatarum, sese sistant.

2. Con-

2. Concurrit dolor non raro intensus, ardens, inflammatorius, ita ut neque quiescere, neque sedere, neque ambulare possint patientes.
3. Adest *pulsationis* defectus. Varices enim non pulsant, nisi ex accidenti, nempe quando vena arteriae immediate incumbit, & hæc cum illa pulsus communicat.
4. *Mollis* tumor est, uti in anevrysmate.
5. Non autem tam facile mobilis, uti in anevrysmate, pressus enim non ita libenter cedit, ob resistantiam valvularum.

IV. CAUSSÆ.

Causæ ex illis, quæ sub *differentia* dicta sunt, elucescunt. Conferantur etiam, quæ tabula medica sub affectibus gravidarum de inflationibus crurum varicosis dicta sunt.

V. PROGNOSIS.

1. *Varices* minus periculum aiunt quam *anevrysmata*. *Gravidarum* varices post partum sponte ut plurimum evanescent.
2. *Varices activi*, a congestione intrinseca illati, diuturni, raro constantem curam admittunt, præcipue in corpore senescente. Si enim vel maxime tumores illi reprimantur, spasmodici tamen illi dolores minime simul abolentur, sed tanto magis subinde ingravescent, nisi interna remedia præmittantur.
3. Nam non rarum est, quod *varices activos* retropulsos excipiant dolores nephritici, colici, arthritico - ischiadico - podagrici, Conferatur *differt. excell. Stablii de nova pathologia podagræ*. Neque ignotum est, dolores illos conjunctos & succedentes modo in *ariduram* illorum membrorum transmigrare, vel in affectus plane *paralyticos*.
4. Unde revera interna medicatio longe magis hic præstat, quam instrumentales operationes.
5. Varices quando diutius durant, sanguis detentus & coagulatus tandem abit in putridam corruptionem.
6. *Sectio* illorum periculosa, & *ruptio* interdum lethalis fuit. Nonnumquam tamen spontaneam ruptionem cum euphoria factam esse, testantur exempla. Interea tamen *ruptio* raro contingit.

VI. METHODUS MEDENDI ET REMEDIA.

1. Varices *activi*, uti cum negotio hæmorrhoidali connexionem habent, ita etiam eandem cum illis exposcunt medicationem, quam *tabula medica de hæmorrhoidibus suppressis* exhibuimus. Provo-
catis enim hæmorrhoidibus varicofi ejusmodi decubitus interci-
piuntur.
2. Varices autem *passivi* internam medicationem non æquæ ex-
poscunt.
3. Externa medicatio tam *activorum* quam *passivorum* varicum ejusdem
indolis est, qualis in anevrysmate incipiente commendata fuit, & se-
quente modo instituenda est:
 - 1) In primo varicum principio convenit adhibere:
 - a) Spissum sanguinem resolventia & distribuentia e. g. spiritum
vini camphoratum crocatum, emplastra resolventia cam-
phorata.
 - b) Modestum calorem & blandam frictionem.
 - c) Motum corporis ambulatorium, si reliquæ circumstantiæ illum
concedant, & venæ sectio præmissa fuerit.
 - d) Deligationem compressoriam.
 - 2) Quando autem hæc non sufficiunt, & tamen sanguis aliquo modo
adhuc mobilis est, atque ardor inflammatorius conspirat, tunc
conjungenda sunt lenia tonica & repellentia e. g. emplastrum de
spermate ranarum camphoratum & insuper *sule* quodam *volatili*
imbutum. Item *sulphur* in lixivium redactum & tepide ap-
plicatum.
 - 3) Si vero tumores varicofi indurati sint, & superficietenus possint
attingi, tunc modesta *incisio*, & moderata sanguinis expressio lo-
cum habet, subjunctis decoctis abstergentibus traumaticis, essen-
tiis balsamicis, emplastro styptico *Crollii*, & commoda deliga-
tione.
4. Varices *fluentes* tractantur spiritu vini rectificatissimo.

VII. CAUTELÆ ET OBSERVATIONES PRACTICÆ.

1. *Ustio* varicum periculosa est.
2. *Excisio* est remedium morbo gravius, & hinc locum habere non debet,
nisi in maxime urgente statu, qui tamen raro occurrit.

3. In-